

123. Lösung der Winterthurer Vorstädte aus dem Sprengel der Pfarrei Oberwinterthur

1482 Mai 9. Konstanz

Regest: Der Generalvikar Bischof Ottos von Konstanz erklärt: Seitens des Schultheissen und Rats von Winterthur und der Einwohner der Vorstädte sowie der sechs Mühlen ausserhalb der Stadtmauern wurde vorgebracht, dass deren Zugehörigkeit zum Sprengel der Pfarrkirche Oberwinterthur aufgrund der Entfernung mit vielen Unannehmlichkeiten verbunden sei und dass viele aus diesem Grund in die Stadt ziehen würden. Um dem abzuwehren, haben sie den Abt und Konvent des Klosters Petershausen bei Konstanz als Kollatoren und Rektoren der Pfarrkirche in Oberwinterthur sowie den dortigen Leutpriester Heinrich Kentler gebeten, in die Lösung der Vorstädte aus ihrem Sprengel und die Eingliederung in den Sprengel der Pfarrkirche in Winterthur gegen eine Entschädigung von 200 Gulden oder einen jährlichen Zins von 10 Gulden, rückkaufbar um 200 Gulden, einzuwilligen. Die Rechte des Klosters an Gütern, Zehnten und Leuten sowie die Jahrzeitstiftungen zugunsten der Pfarrkirche in Oberwinterthur bleiben davon unberührt. Für den Bau soll die Pfarrgemeinde Oberwinterthur 120 Gulden oder einen jährlichen Zins von 6 Gulden erhalten. Nach dieser Übereinkunft und der Einwilligung des Abts und Konvents sowie des Leutpriesters von Oberwinterthur haben Schultheiss, Rat und Einwohner von Winterthur den Generalvikar gebeten, diese Loslösung und Inkorporation vorzunehmen. Der Generalvikar ordnet unter Vorbehalt der Rechte des Klosters Petershausen und der Jahrzeitstiftungen zugunsten der Pfarrkirche in Oberwinterthur an, dass künftig alle Einwohner als Angehörige der Pfarrkirche in Winterthur dem dortigen Leutpriester unterstehen, von ihm seelsorgerisch betreut werden und ihm seine Einkünfte zukommen lassen sollen. Die Rechte des Bischofs und des Archidiakons bleiben davon unberührt. Es siegeln der Aussteller, der Abt und Konvent von Petershausen, der Landvogt von Kyburg Felix Schwarzmurer, Ritter, im Namen der Kirchengemeinde von Oberwinterthur, Peter Kaiser, Rektor der Pfarrkirche in Winterthur, Schultheiss und Rat von Winterthur sowie der Leutpriester von Andelfingen als Dekan des Dekanats Winterthur im Namen des Leutpriesters von Oberwinterthur Heinrich Kentler.

Kommentar: 1180 bestätigte ein Spruch des Bischofs von Konstanz den Status der Kirche in Winterthur als Pfarrkirche, verbunden mit Begräbnisrecht und Taufrecht, sowie ihre Unabhängigkeit von der Pfarrkirche in Oberwinterthur. Künftig angelegte Quartiere sollten aber der Pfarrgemeinde Oberwinterthur zugewiesen werden (SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 1). Die Aufteilung der Einwohnerschaft Winterthurs auf zwei Pfarreien hatte 300 Jahre Bestand, bis der Sprengel der Stadtpfarrei auf die Vorstädte, die wohl vor allem von Angehörigen der Mittelschicht und Unterschicht bewohnt wurden, und auf die Mühlen ausserhalb der Stadtmauern ausgedehnt wurde. Vgl. hierzu Illi 1993, S. 130 und Karte auf S. 131; Kläui 1968, S. 287-288.

Vicarius reverendi in Christo patris et domini, domini Ottonis dei et apostolice sedis gratia episcopi Constanciensis, in spiritualibus generalis¹.

Crediti nobis officii deposcit sollicitudo, ut ea, que in divini cultus ampliacionem ac commodum et salutem cedunt, subiectorum grato assensu promoveamus et, quatenus ad optatos deducantur effectus, auctoritatis nostre presidio concurramus, prout singulis pensatis circumstanciis conspicimus in domino salubrius expedire.

Sane itaque pro parte providorum sculteti et consulatus necnon incolarum et inhabitatorum in suburbiis opidi Winterthur Constanciensis dyocesis infra muros, menia et portas² ac sex molendinis extra muros habitantium exhibita nobis peticio continebat, quod quamvis ipsi incole et inhabitatores utriusque

sexus et eorum predecessores iure parrochiano ecclesie parrochiali in Oberwinterthur dicte dyocesis et eius plebano hactenus subfuerint et subsint et inibi vivi et defuncti sacramenta ecclesiastica receperint et parrochialia iura reddiderint, prout hodie recipiant et reddant, quia tamen propter distanciam satis notabilem dictorum suburbiorum et habitationum suarum a dicta parrochiali ecclesia potissime circa aeris tempestatem in divinis et sacramentorum ministracione plures perpepsi existant, incommoditates, pericula quoque et dispendia predictis sculteto et consulatui totique communitati opidi pretacti ex eo quia dicte incole et habitatores suburbia huiusmodi et eorum habitationes inibi desertas derelinquentes se ad idem opidum, ubi propinquiorem et magis acomodam habent ecclesiam, transferunt, imminere conspiciantur et, formidandum sit, in futurum graviora imminere posse, nisi eorum indempnitati circa hec oportune provideatur. Unde sub huiusmodi incommoditatibus et dispendiis diutius constituti, qualiter eis succurratur, ipsi scultetus, consulatus et subditi tractatus inter se habuerint maturos, tandem considerantes ecclesiam parrochiam in opido Winterthur dictis inhabitatoribus et incolis propinquam fore et plus accomodam et, si ipsi a iure et iugo parrochianis predictae ecclesie eorum in Oberwinterthur et eius plebani absolventur et iamdicte ecclesie parrochiali in Winterthur et illius plebano subicerentur, ita quod idem plebanus eorum curam gereret eis in divinis et sacramentorum mi[ni]stratione providendo, dispendia et incommoditates cessarent prementionate.

Obinde venerabilem et religiosos in Christo dominum abbatem et conventum monasterii in Petershusen ordinis sancti Benedicti extra muros Constancienses tamquam collatores et veros rectores ipsius ecclesie in Oberwinterthur³ necnon dilectum in Christo Hainricum Kentler, plebanum seu vicarium perpetuum eiusdem ecclesie,⁴ quatenus ipsi in seperationem, absolutionem et subiectionem huiusmodi consentire vellent, devotius interpellaverint et petiverint et cum eisdem necnon cum subditis et tota communitate ville Oberwinterthur super singulis iuribus decrescentibus pro digna recompensa convenerint et concordaverint in hunc videlicet modum, quod predicti scultetus, consulatus, incole et habitatores pretactis domino abbati et conventui in Petershusen ac plebano seu vicario in Oberwinterthur pro iuribus decrescentibus tradere et assignare debeant ducentos aureos Renenses in prompto vel decem aureos similes annui census perpetui pro ducentis aureis Renensibus reemptibiles,⁵ iuribus tamen et pertinentiis universis aliis in bonis, prediis, decimis et hominibus, locis et superioritatibus predictis domino abbati et conventui quomodolibet competentibus omnino salvis et illesis manentibus, quibus per dictam conventionem seu comportationem in nullo preiudicari debeat. Similiter anniversaria usque modo in eadem ecclesia Oberwinterthur a predecessoribus dictorum incolarum et habitatorum instituta cum suis proventibus et obventionibus in ipsa ecclesia manere et inibi secundum eorum institutionem per plebanum peragi teneantur

et debeant. Item subditis et communitati ecclesie Oberwinterthur occasione fabricae sepe dicte ecclesie, ut in separationem et absolutionem huiusmodi consentiant et de cetero eidem ecclesie et eius fabricae in oportunis structuris presint, tradi et assignari debeant centum et viginti florenos Renenses vel sex florenos annui census perpetui cum eadem summa reemptibiles et in moneta Thuricensi solvibiles.⁶

Hac itaque comportacione et concordia inter eos, qui in hac re interesse habent et habere pretendunt, ut prefertur, facta et dictis domino abbate et conventui ac Hainrico vicario moderno in Oberwinterthur in separationem, absolutionem et subiectionem pretactas consentientibus, supradicti scultetus, consulates, incole et inhabitatores officium nostrum ordinarium humiliter implorando, quatenus easdem absolutionem, separationem et subiectionem admittere et perficere in optatosque effectus perducere dignaremur, serius insteterunt. Nos itaque de veritate singulorum premissorum ac consensibus ipsorum domini abbatis, conventus et moderni vicarii in Oberwinterthur sufficienter edocti et dictorum exponencium saluti et indemnitati in hac parte consulere et providere volentes, omnes et singulos utriusque sexus incolas et habitatores suburbiorum dicti oppidi Winterthur infra muros, menia et portas necnon in dictis sex molenis extra muros sitis habitantes et nunc ac in futurum existentes eorumque domos et habitationum loca a pretacta ecclesia in Oberwinterthur et eius plebano seperandos ac a iugo et iure parrochianis, quibus eisdem ecclesie et plebano hactenus subfuerunt, penitus et in toto eximendos et absolvendos et prelibati[s]^b ecclesie parrochiali in Winterthur et eius plebano pro tempore existenti subiciendos, annectendos, uniendos et incorporandos duximus et presentis scripti patrocinio seperamus, eximimus, absolvimus, subicimus, annectimus, unimus et incorporamus, volentes et ordinantes, ut perinde temporibus sempiternis incole et habitatores, qui sunt et erunt, tanquam subditi ipsius ecclesie in Winterthur eidem et eius plebano pro tempore instituto iure parrochiano subsint et sacramenta et sacramentalia ab eodem plebano vivi et defuncti suscipiant et pro tanto sibi parrochialia iura reddant ipseque plebanus illa eis ut subditis suis ministret et eorum infantes, quos in locis et infra districtus predictos nasci contigerit, in fonte baptismali regeneret et decedencium illic corpora in cimiterio eiusdem ecclesie Winterthur ecclesiastice tradat sepulture et alia eis faciat et impendat, que per plebanum suis subditis facienda et impendenda fuerint, dolo et fraude in hiis semotis. Iura tamen predictis domino abbati et conventui in Petershusen in bonis, decimis, prediis et hominibus, locis et superioritatibus quomodolibet competencia necnon anniversaria usque modo in ecclesia Oberwinterthur instituta cum suis iuribus et obventionibus plebano seu vicario eiusdem ecclesie iuxta dictam conventionem illesa reservamus, iuribus eciam episcopalibus et archidiaconalibus in premissis et circa ea eciam salvis manentibus et illesis, quibus per presentes nolumus in aliquo derogari.

In quorum fidem et testimonium premissorum litteras presentes inde fieri et sigilli officii nostri vicariatus iussimus et fecimus appensione communiri.⁷ Nos vero Johannes abbas totusque conventus monasterii in Petershusen, quia premissa omnia et singula de nostris scitu, consensu et voluntate processerunt, idcirco in evidencius testimonium et robur eorundem abbaciae et conventuale sigilla nostra pro nobis ac nostris successoribus presentibus pariter duximus subappendenda. Nos autem subditi et communitas ecclesie Oberwinterthur precibus nostris apud strenuum dominum Felicem Schwartzmurer militem, advocatum in Kyburg, quatenus idem sigillum suum pro nobis et successoribus nostris presentibus appenderet, obtinuimus. Egoque Felix Schwartzmurer, advocatus, ad rogatum iamdictorum subditorum et comunitatis ville Oberwinterthur sigillum meum presentibus sine tamen meo et heredum meorum detrimento subappendi. Ego vero Petrus Keyser, modernus rector ecclesie sepedicte in Winterthur, in signum voluntatis et consensus mei sigillum meum proprium hic eciam subappendi. Nos autem scultetus et consulatus opidi Winterthur pro firmiori premissorum subsistencia et fide sigillum dicti opidi nostri pro nobis et dictis incolis et habitatoribus seperatis duximus pariter subappendendum. Ego quoque Hainricus Kentler, vicarius perpetuus supradicte ecclesie in Oberwinterthur, ad premissa omnia et singula quantum mea interest consensio, et annuo et in signum evidens venerabilem virum dominum Johannem, vicarium perpetuum in Andelfingen decanum decanatus in Winterthur, quod sigillum suum proprium sine tamen preiudicio suo et heredum ac successorum suorum pro me et successoribus meis presentibus subappendit, precibus meis obtinui.

Datum Constancie, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, die nona mensis maii, inditione detima quinta.

[Sieglervermerk auf dem Pergamentstreifen:] Abbt zu Petershusen

[Sieglervermerk auf dem Pergamentstreifen:] Conventus

[Sieglervermerk auf dem Pergamentstreifen:] Dominus Felix Schwarz[murer]^c

[Sieglervermerk auf dem Pergamentstreifen:] Dominus Petrus Keyse[r]^d

[Sieglervermerk auf dem Pergamentstreifen:] Consulatus [...]^e

[Sieglervermerk auf dem Pergamentstreifen:] Dominus Hainricus Kentle[r]^f

[Kanzleivermerk auf der rechten Seite der Plica:] Conradus Armbroster^g scripsit.

[Kanzleivermerk auf der Rückseite oben rechts:] Johannes Hug, provicarius^g

[Vermerk auf der Rückseite von Johannes Wügerli (1481-1483):] Wie bed vorstett unnd die sechs müllina vonn der kilchen zů Oberwinterthur getzogen unnd unnser statt pfarrkilchen gegeben worden syent.

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 17. Jh.:] Bischoff Ottonis zu Costantz brieff um den außkauff des kilchen satzes zu Oberwinterthur für 200 fl Rinisch dem abt zu Petershusen und 120 fl der kirchen Oberwintertur

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 18. Jh.:] Anno 1482

Original: STAW URK 1520; Konrad Armbruster; Pergament, 56.0 × 43.5 cm (Plica: 10.0 cm); 7 Siegel: 1. Generalvikar des Bischofs von Konstanz, Wachs, spitzoval, angehängt an Pergamentstreifen, beschädigt; 2. Abt von Petershausen, Wachs, spitzoval, angehängt an Pergamentstreifen, bestossen; 3. Konvent von Petershausen, Wachs, rund, angehängt an Pergamentstreifen, beschädigt; 4. Felix Schwarzmurer, Wachs, rund, angehängt an Pergamentstreifen, abgeschliffen; 5. Peter Kaiser, Wachs, rund, angehängt an Pergamentstreifen, abgeschliffen; 6. Stadt Winterthur, Wachs, rund, angehängt an Pergamentstreifen, abgeschliffen; 7. Heinrich Kentler, Wachs, rund, angehängt an Pergamentstreifen, abgeschliffen.

Abschrift: (17. Jh.) StAZH A 155.1, Nr. 35a; Heft (4 Blätter); Papier, 16.0 × 20.0 cm.

- a Auslassung, sinngemäss ergänzt. 10
b Auslassung, sinngemäss ergänzt.
c Sinngemäss ergänzt.
d Sinngemäss ergänzt.
e Unlesbar (1 Wort).
f Sinngemäss ergänzt. 15
- 1 Es fehlt die Inscriptio.
2 Zur Entwicklung der Winterthurer Vorstädte, des Obertors und der Neustadt im Osten und des Untertors im Westen, vgl. Windler 2014, S. 88-91.
3 Zu welchem Zeitpunkt das Patronatsrecht vom Domstift Konstanz an das Kloster Petershausen überging, ist unbekannt. Im Jahr 1350 erfolgte die Inkorporation der Pfarrkirche von Oberwinterthur in das Kloster, vgl. hierzu Kläui 1968, S. 245-246. 20
4 Heinrich Kentler war von 1481 bis 1485 Leutpriester in Oberwinterthur (Kläui 1968, S. 285).
5 Die Quittung des Abts und Konvents des Klosters Petershausen über den Erhalt der Summe datiert vom 8. Juli 1482 (STAW URK 1523).
6 Am 12. März 1488 quittierten auch Leutpriester, Kirchenpfleger und Kirchgenossen der Pfarrkirche Oberwinterthur den Empfang von insgesamt 320 Gulden (STAW URK 1628). 25
7 Der Pergamentstreifen des Siegels des Generalvikars ist im Gegensatz zu den anderen Siegelstreifen nicht beschriftet.
8 Notar der Konstanzer Kurie, vgl. Schuler 1987, Nr. 26.
9 Johannes Hug amtierte 1482 und 1483 als Vizegeneralvikar (HS I, Bd. 2, S. 553-554). 30